Passio annexa subiecto metha phisices mediante naturali medio est id qđ de ipo denoiatiue ꝛ appropriate: ꝛ nō q̄dditatiue ꝛ ꝓprie ꝑdicat: in ꝓma intētione: in q̄ fit ꝑdicatio denoiatiua: seu cōnotatiua metha phisice ꝛ sbalit extra aiam: et nō q̄dditatiue ꝓfectate. ij. modi ꝛ ꝓmi gradus. iiij. sic ꝓbat. b. ꝓ triangulū viridē in. iiij. discursu ꝓme figure arboris nature. ¶ Predicātur ergo passiones annexe de subiecto ꝙuertibiliť denoiatiue ꝛ ꝓcretiue ꝛ nō abstractiue. ¶ Que q̄ppe sūt p̄cipia artis gñalis absoluta in ꝓma figura: et in quarto eiꝰ discursu: in quo subiectū ꝛ ꝑdicatū ꝙuertunť essentialiť cōcretiue ꝛ nō formaliť q̄dditatiue: dicēdo ens est bonū: bonū est ens: ens est magnū: magnū est ens: ens est durabile: durabile ē ens: ens est possibile: possibile est ens: ens est intelligibile: intelligibile ē ens: ens est amabile: amabile est ens: ens est verū: verū est ens: ens est virtuosū: virtuosuz est ens: ens est gl'iosuz seu delectabile: gloriosū est ens. Tali q̄dē mō cōuersiz de sūo metha phisices sonatie ꝑdicātur p̄cipia ꝓme figure: et ꝓ illo ꝓri artꝫ gñalis p̄cipia gñalia ꝛ vniuersalia dici nō valēt: sed solū passiones subiecti annexe ꝙuertibiles cū ipo essentialiť in. iiij. discursu: ꝛ pro illo ꝓri: nec diffiniri valēt: nec realia sūt: sed solū ens denoiatiue: rōne cuiꝰ nō sūt artis realia ꝛ gñalia principia diffimbilia: et licet sint p̄cipia: nō tñ artis: sed entis dūtaxat: ꝛ subiecti recipiēdo actuale esse ab ente ꝛ se abstrahēdo ab vniuersali: et reali esse: rōne cuiꝰ

correlatiua principioꝝ cũ correlatiuis entis actiue ⁊ passiue essẽtialiꝫ ⁊ nũero quertunt. nã bonũ est ens cũ copula: et ens ẽ bonũ: et significat q entificatiuũ est bõificatiuũ: ⁊ ecõuerso: ⁊ entificabile est bõificabile: ⁊ ecõuerso. ⁊ entificare ẽ bõificare ⁊ ecõuerso. et sic de alijs passionibꝫ respectiuis ꝓcretiue sũptis: nã tiuũ bile ⁊ are in ꝓcreto passiões sũt: nõ solũ entis ⁊ principioꝝ: sed oim rerꝝ p naꝫ arborẽ descẽdẽdo vsqꝫ ad boiez: rõe cuius de passiõibꝫ actiuis ꝓcretis est cõuersio int se: ⁊ nõ de actiuis ⁊ passiuis sil: gra cuiꝰ cũ passiõe ꝓpria actiua entis ꝓcreta quertunt oẽs passiões ꝓcrete actiue ꝑncipioꝝ sibi annexe ⁊ appropate p rl'az. g. Et cũ passione passiua ꝓcreta sibi ꝓpa quertunt oẽs passiões ꝓcrete passiue principioꝝ sibi appropata. et cũ actu cognectiuo passionũ entis quertunt oẽs actꝰ passionũ principioꝝ naꝫlũ. iõ entificatiuũ ẽ bõificatiuũ: ⁊ entificabile ẽ bõificabile: et entificare ẽ bõificare: taliqdẽ mõ passiões principioꝝ quertunt cũ ꝓpria passione medij naꝫlis ⁊ sbi methaphisices: ⁊ sic declaraꝫ intẽtũ oim methaphisicoꝝ de quersione passionũ principioꝝ: cũ ꝓpa passione entis. Causa enim talis quersiõis est vni dẽptas essentialis ⁊ naꝫlis: nã oẽs passiões tã principioꝝ qꝫ entis sũt fũdate in vno fũdamẽto essentiali. Passiões enim sunt fundabiles qꝫ respectiue essentia enꝫ naꝫ ⁊ substãtia sũt fundamẽtũ absolutũ in quo fũdãtur respectiua: p essentialẽ pullulationẽ ⁊ originationẽ: vt vnidẽptas absoluta fundamentalis possit esse in suis relatiuis existẽs vltimata existẽtia: in qua est finis pfectiõis terminatiõis: et cause finales entis ⁊ principioꝝ eiꝰ. De qbꝰ potẽtia cognitiua coꝝ gñat siue adqrit vnũ habitũ naꝫliter acquisitũ: q intellectꝰ principioꝝ veroꝝ apellaꝫ a philosophis nã de quersiõe passionũ nõ adquirit intelligẽtia: neqꝫ sciẽtia: sed solũ tas obiecti est perfectioꝝ in secundo gradu essendi subiectorum. ꝫ: metha:

ꝓclu: tho.

¶ Ens inquantum est ens est naturaliter et actualiter bonum ideo vnumqõdqꝫ est bonum inquãtũ est ens p suaz formam simpliciter: nã ens ẽ actus ⁊ pfectio rei rationẽ rei habẽs pfectã. j. p. q. j.

ꝓclu: augu.

Modus ꝑspecies ⁊ ordo consistunt in ratiõe quiditatiua ꝑncipioꝝ tanqꝫ generalia bona. in li. de natura boni.

ꝓclu: bone.

¶ Ens est bonum: ens est vnuꝫ: ens est verum: sunt propositiões methaphisicales a priori nõ demõstrabiles: quia cum sint immediate: non habent prius: dicendo omne vnum est bonum: omne ens est vnuꝫ: ergo omne ens est bonũ iste silogismꝰ: licꝫ sit necessarioꝰ nõ ẽ demõstratiuꝰ: quia cuius sit ex

necessarijs principijs non tamen ex prioribus: sed equalibus. .3:methaphi.

conclusio ricar. cano.t bone.

¶ Passiones entis prime sunt absolute abstracte: et passiones secunde eius sūt respective et concrete.pmo senten.

2:sco.t fran.

¶ Passiones entis habentes conceptuz concretuz resolubilem in priora quiditatiue includit ens. pmo senten.

2:bone.t ray.

¶ Passiones constitutiue entis sunt scibiles de ente t demōstrabiles de eo:quia sunt persenote et de eo immediate dicuntur.1:metha.

2:antho.andre.

¶ Ens quiditatiue de passionibus predicatur: cum sit conuertibiles cum ipso essentialiter concretiue non tamen formaliter abstractiue

2:scō.fran.

¶ Entis passiones de ipso predicantur intellectus:q; de principijs veris nō nisi verus intellect⁹ haberi pōt:co q; talia principia nō sūt scibilia neq; intelligibilia:sed solū cōuertibilia:gr̄a cuius de quer sionib⁹ verus habitus gignitur: q̄ dicit intellect⁹ a simplicitate potētie t obiecti:et nō dicitur habit⁹ intellectualis q; nō est de ente solū:nec dicit habit⁹ sciētific⁹ q; nō est de oō scibili realit̄: ergo est intellect⁹ talis habit⁹ de quersione passionū principioz:t passiōis entis sicut ꝓbat ars in regula.b.affirmatiuā tenēdo.p regulas.c.c.g.in.iij.discursu pme fi.pfectate.ij.modi: et pmi gradus ārti:p angulū.c. Et licet passio ꝓpria entis quertat in ꝓcreto: cū ꝓprijs passionib⁹ principioz subiecti:et ecōuerso essentialiter t numero:nō tn q̄dtatiue formaliter:nā semp in quersione denoiatiua cōcretoz:in.ij.circulo ꝓseruat nō idēptitas formalis in abstracto:t formalis distinctio in pmo circulo q̄ semp cōseruat quiditatē rei in.ij.circulo. Igit̄ q̄uis ens sit bonū: t bonū sit ens essentialiter t nūero denoiatiue: nō tamen entitas est bonitas formaliter quiditatiue: qm̄ q̄q; quertat substātialiter naturaliter t essentialiter non tamē quiditatiue formaliter vt asserit.b.persecta te.iij.modi per pmā ſpeciē.c.t angulu differentie.

¶ Passiones aūt disiuncte t statuales cōuersim predicātur ꝓcretiue de propria passione entis t nō de ente: et de passionib⁹ principioz eius in tertia artis gñalis figura:in qua fit mixtio t cōbinatio principioz prime t secūde figure:vt in camera.b.c.tertie figure: in qua bōitas est magna differēs t ꝓcordans:et differētia est bona magna t ꝓcordās: et magnitudo est bona differēs t ꝓcordās:ergo t entitas est bona magna differēs t ꝓcordās:et differentia est bona magna cōcordās t ens. Predicātur ergo cōuersim passiones disiuncte de ente ꝓcretiue: et pōt fieri in cōcreto in pma

figura in eius quarto discursu: discendo bonū est differens t ꝓcordans: et differēs est bonū cōcordās: t ens est bonū differēs cōcordās: et differēs ꝓcordās est bonū ens: rōe cui⁹ denoiatiue in .iij. discursu: et in tertio ꝑmę figure: perfeitate ꝑmi gradus .iij. modi: et secūdi gradus .ij. p secūdaz ſpeciē regule .g. fiunt ſbaliter ꝑdicationes cōnotatiue seu denoiatiue in ꝓcreto: grā cuius differētiatiuū seu distinctiuū est entificatiuū: et ecōuerso: et entificabile est distinguibile t differentiabile t ecōuerso: et differētiare est entificare et distiguere: et ecōuerso. Ut in obo infinito deificatiu⁹ sit entificatiu⁹ differētiatiu⁹ simul et distinctiu⁹: et sic de bili et are: q⁹ ordo nalis conuersionis est impteribilis p designationē eius q⁹ oīne tale inquātuz tale: vbicūq; reperiatur semp est tale innumerabiliter t incorruptibiliter per pbm. In secūda autem figura a simili possunt fieri in triangulis eius predicationes denominatiue. ¶ Ea propter cōſtituitur ens de principijs artis gñalis t centū formis sine quib⁹ non foret id quod est q̄ditatiue t denoiatiue formaliter. Prius enīz ſtituitur in .iij. discursu de pricipijs absolutis: agēdo de vno principio subiectū t de alijs ꝑdicatū. Secūdo vero de respectis. Tertio aūt de centū formis statualib⁹ sonatiue t denoiatiue: dicēdo entitas ē bōa differēs essentians t naturās. Scōo aūt ſtituit in quarto discursu cōcretiue: p ꝙuersionē subiecti t ꝑdicati essentialit t nūero nalit er q; dicēdo: ens est bonū: bonū est ens ens est differēs: differēs est ens: ens est essentiabile: essentiabile est ens: ens est nabile: nabarabile est ens: sic nalatiuū ē essentiatiuū: sic entitatiuū est nalatiuū t essentiatiuū: sic entificabile est nabile t essentiabile. Cōſtitutū ē ergo ens in ꝓcreto de cōcretis respectiuus sic in abstracto de abstractis absolutis q̄ditatib⁹.

perfeitate secūdi modi t ꝑmi gradus .4. perfeitate vero ꝑmi modi de quolibz vniuocato predicantur posteriozi. ꝑmo sen. et inpassis.

ꝙclu: lobe.

¶ Passiones entis cōuertibiles sunt cū eo per totam tertiaz figuraz artis: de quibuscunq; enim ens quiditatiue predicatur: vel idēptice aut denominatiue t ei⁹ passiones. j: metb.

ꝙclu: tho.

¶ Entis passiōes nō includūt ens formaliter quiditatiue: ſz inquolibet ente vniuocato quiditatiue includunt: t sic sunt quiditates simpliciter simplices: t rationes omnino irresolubiles. in sum. t in .j. p. t in opu.

ꝙclu: bone.

¶ Prius absolute ē omnino irresolubile cui insunt per se passiones immediate perfeitare secundi modi per quas a priori demōſtrari nō pōt: sed a posteriori vl ab cōſli. j: methaphi.

pclu:lobe.

¶ Methaphisica absolute de principijs: nec de subiecto non est realis nec intentiōalis: quia abstrahitur a conditionibus principiorum: rōe cuius ens est absolutum ꝛ subiectus metha. ꝑmo ꝛ secundo ē ꝑmū qōquidest ꝛ priozitate nature: non ē reale subiectiue: qz non est intentiōale obiectiue: cuz sint passiōes ipso posteriozes: et cum ipsum sit absolute abstractum ab eis simpliciter: ergo pro illo ꝓri nō ē reale neq; intentiōale: ſz ens inquātū ens ꝛ ens: ꝛ ꝑmuz quodq;dest tātuz. ¶: metha.

pclu:bone.

¶ Omne diffinibile includit ens quiditatiue: igitur nulla sciēcia realis potest inueniri: nisi prius methaphisica sit inuenta: cum sit de primo sbiecto distincte cognito. Jō est scia realis: quia de realibus principijs est sim

Sunt ergo oīa ꝑme figuere principia absolute ens in quātū ens q̄ditatiue ꝛ subiectū methaphisices respectiue enī ꝛ cōcretiue vnū ens primū qōquidest primū principiū oīm rez: nō habēs prius se qōquidest: neq; principiū primuz: et licet subiectū methaphisices sit priꝰente: et ens sit priꝰente bono: nō tū est ꝑmū quod q̄dest: nec ꝑmū principiū: cū. ens. vnū. bonū. magnuz. cōcordans. ꝛc. sit primuz qōquidest cōcretiue ꝛ denominatiue ꝑmū principiū subiectū aūt metha. nō est vnū nec bonū: et sic de ente: ergo nō pōt esse primū principium seu primū quodq;dest. ¶ Cōcluditur ergo oq; ens vnum. bonū. ꝛ cetera. est primū quodq;dest: nō habēs quodq;dest: sed est quodquidest: cuilibet habenti quodq;dest: indesignato esse. Est ergo ens bonū. vnū. ꝛ cetera primū principiū essendi omnium rerū: et ꝓ illo prius ri: quo priꝰ pōt intelligi sine posteriori: ordine naturali nō est primum principiū reale: neq; intētionale: neq; vniuersale: neq; particulare: neq; generale neq; speciale: rōe cuius bomtas et cetera principia in ipso qō quidest non sunt artis generalis principia ꝓ illo prius ri: cū nō sint gñalia: ſz solū sūt simplicit̄ principia absq; q̄ditiōibꝰ ꝑme itētiōis: sine q̄bꝰ artꝭ principia ēe nō valēt: vt ꝓfirmat. b. ꝓcludēdo ꝓr'as. b. i. k. et. e. f. g. ꝛ triangulū viridē ꝛ rubeū sic̄ i co. ꝛ i maio. metb. diximꝰ.

¶ De ente generali et vniuersali et de q̄ditiōibꝰ ꝛ modis intrinsecis principioꝝ artꝭ gñalis i ꝑma intētiōe subiectiue ꝛ obiue ꝛ de mō agēdi sciētiaz ꝛ intelligēdi sciētiaz fcēaz. ¶ a. iij.

¶ Ens generale. vniuersale sup̄mū. primitiuū. reale. necessariū. verū. vniuocū ꝛ persenotū. est natale mediū intellectus artiste ad agendū sciētiā de nouē sub

iectis scibilib⁹. Jn quo q̄dez intellect⁹ artiste ꝓsiderat speculādo pricipia gñalia. vniuersalia. suprema. ꝑmitiua. vera. necaria. realia. vniuoca. ꝑsenota: ꝛ simpli/citer simplicia in ꝑma intēt̄oe. Que q̄dē realitas gña litas. vniuersalitas. supmitas. ꝑmitiuitas. necessitas veritas. vniuocatio. ꝑsenotatio. sunt ꝓditiões ꝑme in tētionis: et pricipioꝝ ar. ge. et modi intrinseci pricipioꝝ ꝓcretoꝝ: cū q̄b⁹ q̄ppe ens gñale. reale: ꝛ vniuer/sale methaphisice i ꝑma intētiõe. subiectie q̄ditatiue ꝛ obiectiue cū modis seu ꝓdiciõib⁹ se rep̄sentat potē/tie vt obm ꝛ subiectū gñale ꝛ vniuersale: vt būan⁹ in tellect⁹ de pricipijs sibi rep̄sentat⁹: cū ꝓditionib⁹ coꝝ ꝛ modis interioribꝫ ꝓstituat artē gñalē. vniuersalez. realē. primitiuā. supremā. necessariā. verā. vniuocā. persenotā. et simpliciter simplicē: subiectiue de prin/cipijs absolutis in ꝑma figura: vt habeat subiectū in methaphisica ꝑmo: ꝛ in alijs scietijs scōo. Et de prin cipijs respectiuis in secūda figura obiectiue: vt hēat obm naꝰale. intelligibile. ꝛ scibile: vt ipo mediāte va leat nouē subiecta intelligere ꝛ scire q̄ditatiue: et age/re scientiā de ipsis realē in ipsis subiectiue: ꝛ obiectiue in ꝑma intētione: licet in potētia obiectiue sit p sil'itu dinē scietia intētionalis: eo q⁹ secūda intētio est sil'itu do ꝑme intētionis que est in rebus subiectiue se rep/sentās potētie obiectiue. Ea propt̄ de pricipijs gña lib⁹ cū suis diffinitionib⁹ ꝛ ꝓditionib⁹ intellect⁹ agit artē absolutā in ꝑma figura quidicā: et in secūda figu ra artē respectiuā ꝛ diffinitiuaz: cū qua habet moduz sciēdi nouē subiecta: ꝛ scientiaz agēdi cū regulis gene ralibus discurrendo ipsa per pricipia absoluta ꝛ re/spectiua obiectiue: et p regulas ꝛ coꝝ species subiecti ue ꝛ sic itellect⁹ habz modū agēdi sciētiaz cū pricipijs et regulis de oēo formali: et cū ipso de nouē subiectis

pliciter: nam methaꝛ sica est scientia rea/lis in ordine nature alie vo scie sūt in or/die doctrie. 2: metḥ. ꝓclu: fran:

¶ Transcendentia sunt realia vniuersa lia ꝑmitiua. supre/ma necessaria. vera. vniuoca. persenota. simpliciter. simpli/cia: ꝛ idem concreti/ue idemptitate essen tiali ꝛ naturali: ꝛ nō idemptitate forma/li: ꝓdicatione secū di modi. ꝑmo sentē. ꝛ in passis. ꝓclu: sco.

¶ Pricipia trāscen dentia habēt condi/tiones prime intten/tionis: que sunt mo/di intrinseci passio/num subiecti methaꝛ phisice: ꝛ sunt vide/licet realitas vniuer salitas. supremitas. ꝑmitiuitas. neces/sitas. veritas. vniuo catio. persenotatio. generalitas. simpli/citas. idemptitas. di uersitas: ꝛ similiter sunt passiones prin/cipioꝝ. secundo me thaphisices. ꝛ ꝑmo senten. ꝛ in quoli.

pclu: bone.

¶Si ens nō esset obiectum scibile: nō ēet subiectuz methaphisices: neqz alterius scientie: quia cuz methaphisica sit ars generalis vniuersalis ꝑa necessaria realis ꝑmitiua supma vniuoca: oportet habere quiditatem realē z subiectum vniuersale z reale: cū supra quiditatem eius sb̄iecti non sit alia quiditas prior generali or neqz vniuersalior eo quia quiditas prime intelligentie nō est cōmunis et vniuersalis in predicando: neqz quiditas finita est communis deo z creaturis. primo metha. c: iz:

pclu: lobe.

¶Proprietates obiecti scibilis respective repugnant subiecto methaphi. sed nō proprietates absolute ratione cuius ens seu subiectuz est prius naturali ordine: omni medio demonstratiuo de ipso. 2: metb. z incōpen.

et etiā bz modū intelligēdi z sciēdi distincte scientias particulares ꝑ doctores actas: coqz particulare sub vniuersali ꝑtinet: et speciale sub generali. Rōne cuiꝰ Raymūdus diuino lumine illūinatus: sicut deus voluit z ordinauit permissione diuina suaz artē gñalem et vniuersalem cōstituit et ordinauit: vt essz intellectui humano modus ad intelligēduz z sciendū omnes artes particulares z scientias: que sub arte generali integre ꝑcipiuntur: et ad corrigenduz errores infideliū sophistarum nominaliuz z philosophoꝝ tantuz naturaliū: et ad interpretandū scōz quatuor sensus sacraz scripturam expellendo hereses christianorū hereticoꝝ: et ad agendū verā scientiā de his de quibus nunqz noticiaz antiqui doctores habuere: qz ad hoc elargita est hec ars in fine seculoꝝ per trianguli rubeū: vt mortaliū nemo in finali iudicio excusationē habeat de cognitiōe veritatis legis gr̄e z doctrine ihesu xp̄i filij dei z hois. Jō iſudare debz vnusquisqz fidelis ad cognoscēdū ens gñale in quo sunt principia artis generalia realia z vniuersalia: cū quibus oppitulāte diuina gratia valet habere z assequi noticiam verissimā de nouem subiectis: ꝑ quā vitaz eternaz valeat possidere: quoniā primū subiectū virtualit̄ continet noticiā totius habitus methaphisice: rōne cuiꝰ dicitur subiectū primū prime scientie: cui p se ꝙuertibilit̄ inest passio: gr̄a cuius est priꝰ nouē subiectis: de quibꝰ pertractat in ordine sciētiaꝝ priozitate nature: originis. cognitionis. et quiditatiue formalis perfectionis: formando propositiones ad ostendenduz nouem subiecta vera esse. Hā ens est primū cognitū ꝑ oritate nature z origis: oñi subiecto scibili: cuuslibet alteriꝰ sciētie: et est inclusum in principijs artis et nouē subiectis: et licet subiectū metha. nō sit diffinibile

est ũ diffinibile ens qđ est medium demonstrationis: nã diffinitiones sunt nouem subiectoꝝ demonstrationes quiditatiue. igitur mediũ demõstrationis est entis diffinitio: et principioꝝ artis: presupponens noticiaꝫ distinctam oim: in diffinitione eius pse inclusorum. ¶Continet ergo mediuꝫ demonstratiõis noticiam subiecti et passionis et totius demonstrationis: quod est prescise vnũ ab vnitate habitus medij demonstratiõnũ numeralis: sic demõstrando per equiparantiã equalia: et p priora quidica posteriora non quidica arguendo methaphisice: ens est vnũ: ens est verũ: ens est bonũ: ens est magnũ: ens est intelligibile: ens est desiderabile: iste ꝓpositiones nõ demõstrant ens a ꝑori: sed a posteriori: sed demõstrãt nouẽ subiecta a ꝑori dicendo ens est bonũ: ꝛ magnũ est ens: ergo magnũ ẽ bonũ hec demõstratio est p eq̃lia: sed demõstrãdo a priori arguit sic oñe ens est magnũ: sed oñe magnũ est vnuꝫ: ergo oñe ens est vnũ: sed deꝰ est ens: ergo deꝰ est vnꝰ: demõstratur ergo deũ esse vnũ p istũ silogismũ scientificũ ꝺmõstratiꝫ a ꝑori vnitatis dei methaphisice ¶Et rursus omne ens intelligibile cõcretiue est trinũ: sed verũ est ens intelligibile: ergo verũ est trinũ: sed deus est verus infinite et etne: ergo deus est trinus. ¶Et rursus oñe pricipiũ est ꝓductiuũ ꝛ ꝓducens de se ipso ꝛ in se ipso: sed deꝰ est principiũ: ergo deꝰ est ꝓductiuus ꝛ ꝓducẽs de se ipso ꝛ in se ipo: ꝓbatũ est ergo a priori deũ esse trinũ ꝛ vnũ methaphisice: qz p quiditatẽ ꝓbatur et demõstrat ꝓductio cõcreti: eius existẽtia et singularitas: prioritate nature: et isto modo presuppositi fide articuli eius demõstrantur: et ꝓbantur: tanq̃ fundameto firmissimo. ¶Et hãc veritatẽ sustẽtat doctor p suã artẽ gñalez: et p alios doctores inquiens q erro res infideliũ p quos fides ipugnat nõ essent destructi

ꝓclu: bone.

¶Obiectum scibile est diffinibile propꝑtates habẽs affirmatiuas. Obiectũ noticie est nõ habens aliquid prius se: ꝛ ẽ oino irresolubile cui insunt pse passiones immediate pseitate secundi modi: p quas a ꝑori demonstrari nõ potest: sed a posteriori. Obiectũ intelligibile est obiectuꝫ principioꝝ predicati primi modi: quoꝝ habitus est intellectus. Jdeo dicitur intellectus ꝓncipioꝝ ũ. J: methaphi. 21: c:

conclu: fran.

¶Ens quod est ſbm metha. non est obiectũ scibile neq; intelligibile: sed est obiectuꝫ noticie immediate: sicut est subiectuꝫ passionis immediate: igitur obiectuꝫ pseitate primi modi ẽ includens ens obm scibile. J: sen. di. 8.

ꝓclu: sco.

¶Ens inquãtũ ens est omnino primũ ꝓ oritate nature: neq; aliquid ẽ prius eo: rõ-

ne cuius passiones insunt ei immediate vt sunt abstractiue. bōitas. magnitudo. duratio. potestas. voluntas: ꝛ concretiue bonum. verum. vnū ꝛ cetera: gratia cui⁹ est obiectum scibile. .7. methaphi.

ꝓclu: cano.

¶ Medium ad pbā dum passiōes de sbo sūt eax diffinitiōes. .j: metha. c: 20:

ꝓ: lobe. ꝛ bone.

¶ Centuz passiones sbi non est difficile memoriē tenere: sal tē apud intellectū a coꝛpoꝛe coꝛruptibili abstractū .2. metha.

ꝓclu: ray.

¶ Una passio subiecti mediante alia nō ꝓdicatur de eo: ſz immediate. 2: metha.

ꝓclu: bone.

¶ Diffinibilia sunt scibilia: ꝛ demōstrabilia: ꝛ resolubilia. .2: metha. c: 4:

ꝓclu: godo.

¶ Nullum obiectuz scibile est proꝛie opinabile: qꝛ si sic haberet euidētiaz ꝛ nō euidentiaz: quod est

biles: vnde maioꝛ falsitas ꝓcualeret ꝓtra maioꝛē ꝛe ritatē: q̄ est veritas fidei. ¶ Preterea laboꝛ theologoꝝ esset inutilis nā ipossibile esset eis peruenire ad cogni tionē eoꝝ: q̄ sunt fidei: circa quaz cognitionē semp la/ boꝛāt: et sic coꝛ laboꝛ fine careret: ꝛ ꝓ ꝓsequēs merito ꝛ gloria. ¶ Preterea si articli sunt demōstrabiles ex co rū demonstratiōe sequitur illūinatio dubitantiū: cōfir matio credentiū: et directio incredulox: et etiaz sequi tur magis dilectio in anima hominis: cū certū sit ꝙ illud bonū quod magis intelligitur magis diligitur. Quapꝛopt negantes mediū probationis articuloꝝ et principia artis gc. cōtradicūt beato thome in ꝓmo sen. dicēti: rō manuducta per fidē excreſcit in tantuz: vt ipsa credibilia penitus cōprehēdat: et tūc ipsa quo dāmodo intelligit: vnde dicitur Ysa. vij. nisi credide/ ritis non intelligetis. ¶ Preterea ꝓtradicūt beato Au gustino in. ij. de. li. ar. ca. ij. inquienti: rationē reddi tus suz: nō vt fidē reſpuas: sed vt ea iā fidei firmitate tenēs: etiā rōnis luce ꝓſpicias. et in li. viij. tria sunt de genere credibiliū: quedam sunt: q̄ ꝓius creduntur et postea intelliguntur: sicut sunt articuli fidei: qui sunt supra rationem. Et in li. de cog. vere vite. Cum xp̄s veritas ꝛ vita dicat: Hec est vita eterna: vt te solum ve rū deum cognoscam: constat profecto naturam ratio nalē ad hoc solū factam: vt factoꝛem suum intelligat: et intelligendo diligat: et diligendo in eo qui est eter/ na vita eternaliter viuat: diuinitatis ergo eſſentiaz rō nabiliter inueſtigare est ad vitā festinare: hāc vero ne gligēdo ignoꝛare ē vtiq̄ ad mortē properare: qꝛ nimi rū hic ab ea ignoꝛabitur: ꝺcide a beata vita sequestra bit. Et etiā ꝓtradicūt magꝝo sen. in. ij. di. ij. dicēti fecit deus rōnale creaturā: vt summū bonū intelligeret: et intelligendo amaret: ꝛ amando posſideret. Et etiam

contradicunt Ricardo de sancto victore dicenti ad ea que sunt fidei: non solum possunt haberi rationes probabiles: sed etiã necessarie: licet eas contingat nos latere. Etiaz in li. de tri. ca. viij. ꝓmittens se nõ solũ fide sed etiã rõnib⁹ necessarijs dei vnitatẽ ⁊ personaꝝ trinitatẽ fore ostẽsuꝝ. Etiaz ꝓtradicũt Ancelmo mona. xiij. ca. dicenti: duo opuscula feci. tẽ. vt certa rõe non auctoritate que ad deũ pertinẽt. manifestarẽ. Et etiaz ꝓtradicũt bẽo Petro in canonica sua dicenti. Estote parati ad satisfactionẽ semp oñi poscẽti vos rõnez de bis que in vobis sunt fide ⁊ spe. Et etiã ꝓtradicũt sancto doctori in scõa scõe. q. ij. inquiẽti: q⁹ bõ nõ habẽs volũtatem credẽdi ea que sunt fidei: nisi ꝓ rõnem ad id inducatur perdit meritũ fidei: sed homo voluntatem credendi habens: ea que sunt fidei ex sola diuia auctoritate: nõ perdit meritũ fidei: licet habeat rõnez demonstratiuã: ad demonstranduz deũ esse trinum et vnũ: nam propt̃ hoc nõ diminuitur meritũ fidei. Jõ sapiens maius meritum habet non recedente a fide: propter rõnes philosophoꝝ naturaliũ: nõ perditur fides. Ma tantum augetur fides: quantum volũtas est magis prompta deum amare: cũ eniz gratia non tollat naturã: sed perficiat: oportet ergo q⁹ naturalis rõ subseruiat fidei ad intelligendum: et veritatem eius demonstrandũ: sicut naturalis inclinatio volũtati obsequitur ad amandum. Pbi autẽ sine fide mediante ente naturali volebant per rõnes naturales noticiaz de deo habere naturaliter (qõ est impossibile) fideles enim mediante fide theologica: conantur per rõnes fidẽ probare conseruando meritũ. Ma oñe ꝑceptuz a deo fct̃m est bonũ ⁊ sanctũ: sed de⁹ precepit thome vt mitteret manũ suã in latus eius: ⁊ digitũ in fixuram clauoꝝ ad demõstrandũ veram fidẽ: ergo fides ẽ demõ impossibile: cum de obo scibili sit tantuz cuidẽtia. quol: 4:

ꝑclu: sco.

¶ Propositio pse nota ẽ: quãdo intellect⁹ tminos concipit ꝓpꝛijs rõnibus q̃ dicis. Et cõclusio scibilis ẽ quando intellect⁹ terminos concipit sub rationibus q̃dicis ⁊ propꝛijs cũ euidentia terminoꝝ ⁊ sic est conclusio scientifica. Conclusio oppinabilis termiorum euidentiam nõ habz: ideo ẽ dubia: ⁊ non affirmatiua. j: sen. ⁊ quol: 17:

ꝑ fran. ⁊ cano.

¶ Intellectus certitudinẽ habz de ente ⁊ q⁹ ens habz vnũ cõceptũ vniuocum ⁊ q̃dicum de quo est cetus: vt de propo obo adeq̃to. j: sen. q. 2.

ꝑ sco. ⁊ fran.

¶ Obiectum formale eandem rationem formalem quidicam habz in deo ⁊ creatura. j: senten. q. 3.

ꝑclu: tho.

¶ Absolute ens ẽ ꝓmum quodquidest:

ꝛ per suam essentiaz est ens bonū vnū verum ꝛ cetera. in summa ꝛ. j. p. q. 6.

Nota: 2co.

¶ Primo intelligit ens in se solitatiue. Secundo intelligitur ens per se prout distinguitur contra ens quod est in alio. Tertio intelligitur ens prout actualiter habet actum essendi ꝛ operandi in cōmunicabilit quoli. 1).

Nota: luce 8ag.

¶ Post passionez suam dominus prebuit seipsuz discipulis suis viuum in multis argumentis per dies quadragita apparens eis ꝛ loquēs de regno dei. actuuz apostolorum. c. 1:

Nota: lobe.

¶ Ens generale primitiuuz ꝛ vniuersale est actus quiditatum sū biecti metha phisices: ratione cuius actualiter ē methaphisicuz generale genus gerens esse quidicum omnibus vltimate designatis de quibus secunduz

strabilis: nā xps talē demōstrationē de articulo resurrectionis nō pmitteret: si meritū thomas pderet: sed qz permisit: vt fidē perditā p experimentū thomas recuperaret: rōe cuiꝰ xps sibi dixit: noli esse incredulus sed fidelis: cui respōdens: ego credo q tu es deus: et dñs meꝰ: nā vidēs (precedēte experientia demōstratiua) hoiem exteriorē: cōfessus est istum deuz ꝛ hoiem interiorē assumptū esse vnū suppositū ꝛ personā: per angulum cōcordantie. Concluditur ergo q fides nō perditur p rōnes demonstratiuas scibiles mediante medio naturali ꝛ obo scibili: nec etiā per experimēta sensualia a xpo facta. Actuū. 1. p quadraginta dies loquēs cū apostolis de regno dei cū multis argumētis vt exprobaret incredulitatē illoꝝ ꝛ duriciā cordis: qz his qui viderant cū resurrexisse: nō crediderunt teste Marco. ergo per rōnes euidentes demonstratiuas probatur fides ꝛ euidentius demōstratur: vt fideles augmentū meriti augeāt: et nō credētes credāt: vt fidē habeant: per quā vitā eternam possideant: ad quā ostēsionē principia artis ꝛ fidei augmentationē cū regulis sunt necessaria: mediāte obiecto formali: ꝛ medio demonstratiuo: ad formāduz propositiones: ꝛ rationes demōstratiuas et necessarias: sine quibus defensio fidei ꝛ ostēsio eius ac augmētatio meriti: ipius fidei est impossibilis: aut valde dificilis: vt in comento supra artem et in metha. maiori experti sumus.

¶ De ente reali et obiectali seu de obo formali scibili potētie cognitiue: ꝛ amabili potētie volitiue: ꝛ recolibili potētie recolitiue. Ca. v.

Ens reale. generale. vniuersale. verū. bonū: ꝛ durabile est obm scibile: rōne cuius potētia intellectiua naturaliter

intelligit cõfuse intuitiue: et distincte abstractiue. Jn quoquidē obo scibili sciūtur pricipia realia artis gñalis cū suis diffinitonib9: cū qb9 sunt pricipia explicita artis ad agendū scientiā de nouē subiectis ex eo qz diffinitiones pricipioz sunt demōstratiões ad demōstrandū deū et creaturas q diffinitiones demōstratiuas Propterea doctor int' principia explicita sue arge. nō posuit entitatē: ex eo qz non tractat de esse: sed de modo pagēdi scietiaz de nouē subiectis: rōne cui9 decē et octo principia sūt ens z obm sub rōne veritatis ad agendū scientiā de omnibus entibus: nā verū concretū est obiectū intellectus: et bonum ens est obiectū voluntatis quo mediante omnia entia bona naturaliter diligit: et moraliter in ipsa amorē vel odium producit: et est durabile obiectum formale memorie cū quo omnia entia durabilia recolit. Jdco intellect9 mediante obiecto vero. bono. magno. z sic de alijs cō stituit artē de decē z octo principijs in prima figura z secunda: tertia: z quarta: vt cū ipsa arte habeat modū primo intelligendi confuse: scōo vero sciendi distincte Ea ꝓpt' est ens obiectū bonū magnū verū concretuz nā obiectū intellectus artiste nō sumitur abstractiue: sed solum cōcretiue: qz prima intuitione intellectus non fertur in quiditates abstractas a cōcretione: sed in quiditatē concretam includentē quiditates omniuz artis ge. principioz habentē in eius ꝛcretione quiditatem. naturalitatē. essentiaz. naturā. subsiātiā z esse: ex quibus est concreta se ostendit z representat intellectui: et quia est concreta de ipsa concretiue bonitas: magnitudo z cetera predicantur cum designatione suorum abstractorum: ratione cuius quiditas entis est in secūdo circulo pfectate ꝑmi gradus q̄rti z secūdi gradus secūdi modi in. iij. discursu est bona. magna. quidicam rationem z nomē vniuoce predicatur: quia genera le omnibus. primo methaphisices.

ꝛclu: bone.

¶ Proprietates subiecti sunt q non sit ens prohibituz: nec equiuocum: nec ens peraccidēs: nec ens i anima: nec ens coz ruptibile z mortale nec ens incōicabile: nec ens demonstrabile perse prius. Et proprietates obiecti sunt realitas. perfectas. actualitas. gñalitas. primitiuitas. supremitas. veritas. necessitas. vniuocatio: z persenotatio. ꝑmo methaphi.

ꝛclu: pbi

¶ De non ente non est scientia. 6: metb. de subiecto metha. non est scietia de ꝑncipijs generalib9 potest haberi scientia. ꝑmo poste.

ꝛ: fran. z bone.

¶ De non ente nihil potest concludi nisi non ens: sicut de ente positiuo nō potest cōcludi nisi ens rea-

liter positiuuz bonū t verū: cum ens idemptice sit quid positiuum realiter extra nichil. primo methaphisices.

¶ Quiditas subiecti est medium concludendi passionem de subiecto: ratione cuius subiectum fit scibile obiectum: et quid positiuum: et primum principium scibile: t primuz qō quideſt. primo methaphisices.

¶ Ens positiuum realiter est habens determinatam passionem denominatiue: alias esset processus infinitus impassionibus quod est impossibile. j: sen.

¶ Ens veraccidens non est scibile: vt album: neq; ens rationis simpliciter: nec subiectum alicuius scientie esse potest: neq; obiectum scibile intellectus. secūdo methaphisices.

durabilis. possibilis. intelligibilis. desiderabilis. rectra. virtuosa t delectabilis. ¶ Quequidē cū inclinatione t habilitate ad fecūditatē est naturalitas positiua. bona. magna: t cetera. t cū fecunditate ē essentia fecūda. bona. magna. tē. t cuz habitudine cōstitutiua respectiuoz est natura: t cū aptitudine t dispositione est substātia: t cū actu pducētis t pducti est esse: de tribus subsistētijs ꝓstitutū. Jncludit ergo obm formale puta cipia artis concretiue: rōne cuius cuz quiditate. naturalitate. essentia natura. substantia. t esse. sc repleſentat potentijs rōnalibus obm scibile. Extra enim ipm obm nihil est scibile: neq; intelligibile: qm extra ipm non sunt nisi modi: qui non sunt intelligibiles postq; non includit pclibatos sex quidicos cōceptus naturales interiores t substantiales: ac reales ꝓmunes t vniuersales: quiquidem ad quatuor reducuntur licet ad quiditatem. naturam. essentiam: t esse: et isti quattuor quidici concept⁹: etiam resoluuntur in esse tiam t esse: sz vt melius de formali obiecto noticia distincta hēatur: de quolibz seruatī diffinitiue ptractare intēdo: t ꝑmo de ꝑmo termino positiuo ipsiꝰ subiecti methaphisice: t formalis obiecti potētiaꝝ rōnalium sine quo intellectus artiste huius artis de nouē subiectis minime noticiam habere valet: neq; scientiā facere potest: quia noticia ipsoꝝ noticiam subiecti t formalis obiecti ꝓsupponit. Jgitur ad noticiam obiecti formalis debet artista figere pedem: nam ipso cognito t scito omnia nouem subiecta sunt cognita et scita: quoniam cognitio ipsius est cognitio eorum: et sic de scientia. ¶ Concluditur ergo q; qui habet scientiam t noticiam de obiecto formali: scōm suos quidicos conceptus: t rationem formalē quiditatiuam: habet scientiam t noticiam de nouem subiectis: cuz

de ipsis alia scientia realis nõ habeat q̃ditatiue: nisi illa que habetur de obiecto formali: scõm suos q̃dicos cõceptꝰ: de quibꝰ scientia realis est subiectiue in ipo et obiectiue in ꝑma intentione: de qbꝰ scientiã agere queo: et ꝑmo de q̃ditate obiecti formalis impositiõe subiecti methaphisices: q̃ de priori conceptu positionis subiecti ꝫ formalis obiecti prius agendum est: et cum quiditas sit primus cõceptus positionis essendi positiuus: ergo de ipso primo peragitur: quia in ordine essentiali interiori naturaliter ꝫ naturali: deuenire est ad vnum primum conceptum concretuz: supra quem non sit alius: et talis est quiditas concreta obiecti ꝫ subiecti: vt non sit processus infinitus in ordine essentiali: q̃ foret si quiditas non esset status omnium terminorum: sicut concludit. b. per. b. i. k. et. e. f. g. et triangulum viridez rubeum et croceuz per scalas eorum ascendendo.

¶ De quiditate concreta subiecti et formalis obiecti: que est primus ꝯceptus intelligibilis a potẽtia intellectiua: et primus actꝰ positionis essendi positiuus obiecti eius formalis ac de eius diffinitione. Capꝫm. vj.

QUiditas obiecti formalis est primus conceptus concretus intelligibilis: et primus actus in ordine essentiali et naturali positiuꝰ positiõis essendi subiecti ꝫ formalis obi ꝯcretiue: ꝯcernẽs q̃ditates in ꝑmo ꝫ. ij. discursu primi circuli: omnium absolute p̃cipiorum ge. artis. perfectate. iij. modi ꝫ primi gradus primi: rõne cuius est radix nascentie naturalitatis cum habilitate ad fecũditatem: sed q̃ absolute sine respectu ad posteriores cõceptus cõsideratur: dicit primꝰ ꝯ bone.

¶ Subiectum et obiectum scientie realis est ens. vnum. verum. bonuz reale. generale. vniuocum: ꝫ persenotum. primo methaphisices.

conclusio an tho. andre

¶ Respectus secunde intentionis ẽ consideratio logicalis: ꝫ ens ratiõis simpliciter vel scõm quid. .2. metha.

ꝯclusio bone. ꝫ fran.

¶ De sbo perfectate secundi modi et tertij: ꝫ primi gradꝰ primi non est scientia ratione defectus vnitatis medij. ꝑmo methaphisices.

ꝯclu: ray.

¶ Methaphisicus mediante methaphisica habet cognitionem de causis ꝑmarijs ꝫ separatis a suis causatis ꝫ effectibus: sine qua minime valeret habere. in arte magna: in cõtum formis. capitlo de methaphisica: et in arbore scientie.

ꝑ:lobe.ꝛ bone.

¶Nulla scientia suū ꝓbat sūm: sꝫ semp ipsum ꝓsupponit ēc ens positiuū realiter.ꝯ:metha.

ꝑ:bone.ꝛ sco.

¶Quiditas subiecti est oino ꝑma ꝑmitate nature ꝛ ꝑdicationis: ꝑ se ꝑncipia hūs interiora rōe cuius ē bona.vna.magna.vera: ꝛ sūꝫ necessariū stabilitū q̄ditatū,ꝑ sūo.ꝯ:metha.

ꝑ:sco.ꝛ godo.

¶Per quiditatē sūi intelligunt diffinitū interi⁹ꝛ ei⁹ q̄ditatia diffinitio.ꝯ:metha.

ꝑclu:fran:

¶Habens quiditatem est diffinitum:ꝛ q̄ditas ei⁹ est diffinitio q̄dica.ꝯ:sen.

ꝑclu:lobe.

¶Subiectū ꝛ sua q̄ditas conuertuntur ꝛ ꝓpria passio ciusꝛ diffinitū ꝛ ei⁹ diffinitio.ꝑ:metha.

ꝑ:bone.ꝛ clapes.

¶Quiditas subiecti non potest cōtrahi perse: neq; permodos intrīsecos: neq; extrinsecos: sꝫ soluꝫ essendi cōceptꝰ ordine naturali.abstrahēs.abstractiuus.abstrahibilis.ꝛ abstractꝰ methaphisice.in ꝑma intentione subiectiue ꝛ obiectiue: cessante actu intelligendi:gratia cuius nō distinguitur quiditas formaliter neq; ex natura rei ab alia quiditate concreta priori:qz non est licet a quiditatibus principiorum subiecti ex natura rei sit distincta: ratione cuius in primo actu essendi abstrahitur ab oīni respectu: gratia cuius est quidcitas p̄rescissiue:sed inquantuꝫ respicit cōceptum se posteriorem est concreta quiditas:ꝛ radix essendi naturalitatis:fundans ipsaꝫ cum inclinatione ad secūditatem:ꝛ sic est primꝰ actꝰ essendi subiecti obiectiq; formalis.Inquaquidē intellectus artifice ipsam obiectat ꝛ q̄ditates omnium formalitatum cū distinctione ex natura rei ab eis: ꝛ formali inter se per angulū.b.ꝛ diffinitionez differentie: vt distincta noticia abstractiue adequatiue ꝛ contractiue de quiditate concreta obiecti habeatur sicut concludit.b.p..c.d.e.f.g.vt incommento supra artem generalez extensius diximus ꝛ in methaphisica maiori.

¶De naturali inclinatiōe seu naturalitate quiditatꝭ ad suā perfectionē:ꝛ de diffinitione eius q̄ditatiua:ac de.ij.actu positiōis essendi subiecti ꝛ obi methaphisices.Capꝫm.vij.

NAturalitas est quiditatis habilitas ꝛ inclinatio naturalis ad secūditatē:ꝛ radix nascentie essentie ꝛ fūdamētuꝫ eius:ꝛ inq̄ntuꝫ respicit quiditatē dicitur naturcitas abstractiue naturalis: quia abstrahit ab essentie fundatione:ꝛ sic est secūdus conceptꝰ q̄dicus positionis essendi subiecti ꝛ obiecti formalis abstrahēs.abstractiuus.abstrahibilis ꝛ abstractꝰ.a ꝑceptu

quidico se posteriore sine quo quiditas nunq̄ ad perfectionis fine puenire posset: sed quia ad illum naturaliter inclinat ordiaturq̄ naturali ordine positiōis obi ⁊ subiecti: respicit fecūditatē suā: ratōe cui⁹ naturalitas est naturalitas quiditatis cōcretiue. bona. magna. fundans. ordine naturali ⁊ essentiali essentiam: ⁊ tertiū conceptū quidicuz positionis essendi obiecti formalis cōtractiue cū reduplicatiōe formali in secūdo discursu perfeitate primi modi: p secūdaz speciem q̄ditatis: ⁊ angulū differētie: qñ sicut q̄ditas inquantū naturalitas contrahit quiditas ad naturalitatez: scōm ordinē methaphisicalē naturaliter ⁊ essentialit sic naturalitas inquātum essentia cōtrahitur metha phisicali cōtractione naturalitas ad essentiā: p reduplicationē formalē cōcepti⁹ prioris q̄dici: supra conceptū posteriorē quidicum. ¶ Quequidem methaphisicalis ⁊ q̄dica cōtractio est cōceptus prioris quidici ad conceptū se posteriorē quidicū atractio impositione act⁹ essendi subiecti metha. et obiecti formalis: rōne cui⁹ cū maiori pfectione differētia repsentat obiectuz cū quiditate ⁊ naturalitate q̄ cū q̄ditate tantuz: rōe finis propinquitat: vt concludit. b. p. c. d. ⁊ angulū. g. ⁊ distinguit a ꝯceptu priori: ex natura rei simpl'r: ratiōe priorit atis nature: et formaliter impropie m tertio modo improprietatis: vt largius in cōmento ⁊ in meth. maiori dixim⁹ supra artē generalē.

¶ De essētia subiecti et obiecti et diffinitōe ei⁹ q̄ditatiua: q̄ est tertiꝰ cōceptus actusq̄ q̄dicus impositione essendi ipsoꝝ. Capitulū. viij.

Essentia est fontalitas quiditatis ⁊ naturalitatis ꝓpinq̄ssima pullulationi trium subsistentiū ipsius q̄ditatis: ⁊ per formalem reduplicationē sui supra conceptū posteriorē quia cōtrahens semper est ex essentiā cōtrahibilis ex quoꝝ contractione sequi cōpositio. j. metha.

ꝯclu: ray.

¶ Sicut q̄ditas designatur designatiōe essentie: sic essentia ō signatur designatiōe nature: et natura designatione ſbe ⁊ substantia contrahitur ad psonas diuinas: sicut truncus ad brā cas ⁊ ramos. j. sen. ⁊ in ar. diui. ⁊ in libro de natura.

ꝯclu: bone.

¶ Ratio formal' subiectiua ⁊ quidica se hēt ad ſbm: sicut abstractum ad concretum in eadem essentia ⁊ natura ſba ⁊ cē primo methaphi.

ꝯclu: sco.

¶ Ratio formal' obiecti subiectiua ⁊ q̄ditatiua ad subiectū ⁊ formale obiectū se habz: sicut abstractū ad concretum et hūanitas ad hoiem ⁊ homo ad supositū

sic subiectum ad obiectū: ⁊ cōm ad indiuiduū ⁊ suppositū ⁊ psona. 6: metha.

2: cano. ⁊ bone.

¶ Essentia ⁊ rō quidica absoluta sbiecti prior est ordie naturali omni passiōe attributali demonstrabili de sbiecto: ratione cuius prioritatis contrahitur ad conceptuz se posteriorez vt designetur in primo indiuiduo entis personali. 7. metha.

2: fran. ⁊ lobe.

¶ Ratio subiectiua quidica formalis sbiecti ⁊ obiecti nō est contracta p differentiam essentialez: nec lateralē: nec moduz intrinsecum: neq; extrinsecū. 3: metha.

2clu: lobe.

¶ Quiditas obiecti ad essentiam: ⁊ essentia ad naturaz: ⁊ natura ad finale esse: reduplicatione formali designat. 4: metha.

2clu: bone.

¶ Quiditas essentia ⁊ natura entis p alias contrahitur q ditates ens designā respiciēs naturalitatē se priore potiꝰ essentialitas metha physice dicit abstractiē: q̄ ēntia 2cretiue: rōe cuius est abstrahens cōceptus q̄dicꝰ. astractiuꝰ. abstrahibilis: ⁊ abstractꝰ a cōceptu se posteriore: ⁊ sicut naturalitas contrahitur in positione subiecti ⁊ obiecti ad essentiā: sic essentia 2trahit metha physice ⁊ q̄dicē ad naturā: rōe cuiꝰ essentia inq̄ntuz fundat cōceptuz quidicū se posteriorē q̄ditas ipositione subiecti obiq; dicit natura: q̄ est fecūditas essentie ⁊ bitudo q̄dital; 2stitutiua triū subsistētiaꝝ sub vnica existētia respectiue in relatione rōis rei fundamētalis ad suū fundabile: sic enī est fundamētū emanatiōis originationis et pullulationis ipaꝝ: ⁊ distinguit ex natura rei a cōceptu priori simpliciter: ⁊ in ꝓprie formaliter: gra cuiꝰ differētia p suū angulū ⁊ diffinitionē pfectiori modo repsentat obm formale potētie cū q̄ditate. naturalitate: ⁊ essentia: q̄ cū duobꝰ cōceptibus tm̄. nā essentia bōa est magna. vera. vna. ⁊c. Igit maiorē hēt cōcretiōez q̄ cōceptꝰ quidici se ꝓpriꝰ: rōne cuiꝰ q̄ditas ꝓpinquioꝛ est fini suc pfectionis in q̄dica ⁊ naturali positione obi formalis: vt cōcludit. b. p. c. d. e. ⁊ angulū ei⁹ ⁊. g. sicut in cōmento ⁊ in maiori metha. pagimus.

¶ De natura subiecti et eius diffinitōe q̄dica: q̄ est q̄rtus cōceptꝰ q̄dicus in positōe subiecti ⁊ obi formalis rōalis potētie. Cap'm. ix.

Natura subiecti ipositione obiecti est fecunditas quiditatis: ⁊ quartus actus quidicus essendi obiecti: cui propecōpetit nakare: ⁊ respiciēs essentiā est naturalitas seu natura in fecūda: qꝛ abstrahit a fundatōe subiecte rōe cuiꝰ est 2ceptꝰ quidicꝰ abstrabēs. abstractiuꝰ. abstrahibilis: ⁊ abstractꝰ a oi 2ceptu se poste/

rioꝛi: gr̃a cuius ex natura rei ⁊ formaliter distinguit a ꝓceptu se ponꝛ: sed in quãtũ fundat subsistãtiaz ꝓsidera tur cũ aptitudine ⁊ dispositõe: rõne cui⁹ est fundamen tũ formale relatiõis ratiõis rei absolute: rõe cuius re ferꝛ: vt fundamẽtuz ad suũ fundabile vt ad terminuz talis relationis. Igit talis naꝛa secunda dicit ens ra tionis: a rõe rei secũda: inquãtuz relatio rõnis in ipa fundat tanꝯ in naturali potentia: et nõ materiali: de ducit de tali potẽtia naꝛali ⁊ actuali ad actũ p pullula tionẽ respectiuoꝝ: gr̃a cui⁹ relatio ratiõis de naꝛa ad suppositũ vl̃ ad suũ indiuiduũ est relatio rõis binalis et p relationẽ realẽ binalẽ ⁊ realẽ ternalẽ exit in actu de naꝛali potẽtia: rõne cuius naꝛa req̃sitoni sue naꝛa li correspõdens est secũda fundãs quintũ ꝓceptũ q̃di/ cũ in ordie subiectali obiecti formalis: gr̃a cuius dr̃a nobiliori modo repsentat obm scibile: cũ natura potẽ tie: ꝯ sine ipsa: vt cõcludit. b. p secũdaz. c. d. c. et angu lũ. g. sicut in co. experti sumus ⁊ in metha. maiori.

¶ De substantia subiecti et de dif finitione eius quidica: que est quintus concept⁹ q̃dicus in ordie essentiali ⁊ naꝛali positiõis ipius et obiecti formalis potẽtie rõnalis. Cap'm. x.

SUbstantia est subsistẽtia ap titudo ⁊ dispositio quiditatis naturalita/ tis essentie ⁊ naꝛe secũde cui ꝓprie in vni ca existẽtia essentiali vnius essentie ⁊ naꝛe tres subsistẽtias sustẽtare: nã sustẽtando tria respecti/ ua i cadẽ essẽtia ⁊ naꝛa substãtia dicit vna ⁊ nõ plures in ordie naꝛali positionis essẽdi subiecti obiꝯ rõe cu/ ius est quint⁹ act⁹ essendi q̃dic⁹ ipsius. Que q̃dez re spiciẽs naturã substãtietas nuncupatur abstractiue: q; abstrahit ab esse finali obiecti; ratione cuius est cõ tes ad obiectum so: male potentie adeq̃: tum: tanꝯ absolutũ ad respectiuum ⁊ cõ fusum ad determina tum. 2: metha.

ꝓclu: sco. ⁊ ray.

¶ Natura entis ab soluta prescindit ab oñi alia positiua q̃: ditate inquantuz q̃: ditas: ⁊ tali mõ non est obiectuz adequa tũ potẽtie. 7: metb.

ꝓfran. ⁊ rubio.

¶ Mõ solũ entis q̃di tas potẽtiã mouet ad sui noticiã: ſz ⁊ oñs quiditates quidita: te entis posterioꝛes. .2: methaphi.

ꝓcano. ⁊ lobe.

¶ Quelibet natura abstrahit ⁊ prescin: dit ab oñibus suis singularibus: licz sit in ipsis formaliter ⁊ actualiter. 4: metb.

ꝓlobe. ⁊ bone.

¶ Entis q̃ditas na: tura essentia: ⁊ ẽ vi: deri potest in homi: ne expuris naturali bus: absq; hoc q; vi: deatur homo: ⁊ sic ꝺ deo ⁊ angelo: quia intellectus vnico ac tu apꝛehendit na: turam: et essentiam.

esse: ⁊ quiditatē concretiue: ⁊ talis notitia potest naturaliter acquiri expuris naturalibus: ratiōe cuius q̄ditas. natura. essentia: ⁊ esse pōt in deo videri apprehendi: absq; hoc q̄ deus videat. 4. metb. ⁊. 2: ꝓphi. ⁊ plato.

¶ Prima intelligentia ⁊ sba naḱaq; eius expuris naturalib⁹ videri potest intuitiue et confuse ab intellectu finito. secundo methaphi.

ꝓclu: claues.

¶ Quiditas entis: et sic de essentia: et esse eius naturaliter est natura cōmunis intellectuj mouens concretiue ad sui noticiaj: ⁊ confuse: per se perfectate secundi modi: rōe cui⁹ dīfert a pma intelligentia: nam deus extra se nichil naturaliter mouet: nec causat nec necessario: sed libere ⁊ artificiose: sic̄ creare: conseruare: ⁊ cetera. in lectura supra artem genera.

cēptus quidicꝰ distinctꝰ ex natura rei simpliciter ⁊ formaliter impropric a ꝓceptu se ꝓdit: ⁊ sic est abstrabēs abstractiuꝰ: abstrahibilis: ⁊ abstractꝰ ab esse de correlatiuis constituto: sed inquātuj fundat sextū cōceptū quidicū se posteriorē dicitur substātia sine. p. ⁊. b. sine p. vt nō sit substantia finita spiritualis: sine. b. vt non sit substantia finita corporalis: sed dūtaxat substantia substentās tres subsistētias respectiuas sub eadē quiditate essentia et natura: vna sola singularitate ⁊ existentia: gr̄a cuius ni vna substantia sunt substātificatiuū. bile. ⁊ are. in eadē essentia ⁊ naḱa: rōe cui⁹ substāna essentialr ⁊ nūero ō deo p̄dicat: ⁊ de creatis ꝓpriū dinē vniuoce: vt ꝓcludit. b. p. c. d. c. ⁊ angulū. g. ⁊. b.

¶ De esse ordinato subiecti quidico ⁊ diffinitōe ei⁹ quidica: quod est sext⁹ actus et ꝓcept⁹ q̄dicꝰ impositōe essendi subiecti ⁊ obiecti q̄ formalis potētie rōnalis. Capl'm. xj.

Esse de respectiuis et subsistētijs ꝓnstitutū est actꝰ actualis q̄ditatis essentie nature ⁊ substātie cōstitutꝰ de esse entiuitate ⁊ essentibilitate cōcretiue. Nam esse cōcretuj est essentie sicut tuū. bile. ⁊ are. q̄ditatis naturalitatis. essentie. nature: ⁊ substātie: q̄n quilibꝫ cōceptus quidicus in rōe formali q̄dica perfecta ⁊ cōpleta tria hēt respectiua. relatiua. ⁊ correlatiua: sine quibus rō formalis subiecti obiecti formalis esset im perfecta: ⁊ incōpleta: rōe cui⁹ foret obiectū ignorabile ⁊ nō scibile: ratione imperfectionis rōnis formalis obiecti. Ideo respiciendo conceptū q̄dicum se ꝓdit abstractiue dicit essentias: q̄ abstrahitur a sua pfectione: gratia cuius ex natura rei ⁊ formaliter impropc distinguitur a conceptu se ꝓdit: sed inquātum fundat con-

ceptū modalez se posteriorē: dicitur esse sextus actus essendi ⁊ cōceptus q̄dicus formalis obiecti: cum quo est cōpleta ⁊ perfecta ratio formalis quiditatiua obi scibilis: ⁊ nō indiget alio conceptu posteriori: quoniā si alium cōceptum ipso posteriorē ei adderes ametha physica quidica ⁊ rōe formali quidica obiecti scibilis denares. Nam p̄scise est scibile obm formale p suā rōnē interiorē q̄ditatiuā ⁊ formalē extra quā nō se extendit scibilitas eius neq; intelligibilitas. Jgit cōcepti modales substāciales: lz sint iteriores ⁊ substātiales nō tñ sūt scibiles neq; intelligibiles: q̄uis sint motiui potētie ad intelligēdū obm cōfuse: ⁊ ad sciēdū distincte pabstractōez ⁊ ptractionē methaphisicalē: ea ppt̄ differētia cū rōe formali q̄dica ⁊ pfecta repsentat obm formale scibile potētie intellectiue p triāgulū vt ridē ⁊ rubeū: ⁊ sic est obz scibile i sua rōe q̄dica formali ⁊ interiori cōcreta: in q̄ cōcernit scōm cōcernētiam interiorē quiditatē. naturalitatē. essentiā. naturā. substantiā: ⁊ esse: ⁊ reducuntur ad quiditatem essentiam ⁊ esse: vt concludit. b. per. h. i. k. ⁊. e. f. g. sicut in cōmēto ⁊ in metha. maiori euidentius diximus.

¶ De designatione conceptum quidicoz seu ptractiōe methaphisicali adinodos intrinsecos mediāte pullulatiōe passionū seu ppriētatū obi respectiuaz. Capl'm. xij.

Contractio quiditatis et eius designatio est ad nakalitatez atractio. Jō q̄ditas i positiōe obi pcreta ptrahit ad naturalitatē dicendo q̄ditas inq̄ntum naturalitas: ⁊ ipsa inquātuz essentia contrabitur ad ipsaz ⁊ essentia inquātuz natura contrabitur ad ipsaz: ⁊ natura inquantum substantia contrabitur natura ad ip

m

pclu: ray.

¶ Esse cōcretū coessentiale entis ⁊ formalis obiecti est cōstitutū de trib⁹ subsistentijs respectiuis constitutiuis ipsius ⁊ cōstitutis de eodez fundamento: ⁊ de suis ppr̄ijs ppetatibus in reali inter se relatione. inli: de ente reali. ⁊ ratio.

pclu: godo.

¶ Esse de trib⁹ respectiuis eiusdem sbstātie pcretū concernit interius quiditatez naturam essentiā et substantiam: tanq̄ rationem quidicam ⁊ absolutam indesignatiōe sue proprietatis. quoli: ⁊:

pclusio fran. de marchia.

¶ Quiditas ad naturaz: ⁊ ipsa ad essentiā: ⁊ essentia ad esse ⁊ sic est completa ratio quidica subiecti ⁊ obiecti formalis: nec indiget additione alterius conceptus. j: sen. di. 7.

p: cano. ⁊ petri.

¶ Formalitas ē quiditas cuiuslibet rei:

ꝑma enī q̄ditas ẽ entis cōmunis formalitas: ⁊ vltima quidditas est bois formalitas. ℣: methaphi.

ꝓclu: bone.

¶ Methaphisica facillime adicitur: q̄a subiectum eius est q̄dicū ens: ⁊ ꝑma imprimitur impressiōe naturaliter in anima: vt obiectum naturale potentiarum eius. 2: methaphi.

ꝓclu: frā. de mar.

¶ Ens formale sine deo ⁊ creaturis potest intelligi quidditatiue. abstractiue: et distinctiue: ⁊ substātia sine corpore ⁊ spiritū: ⁊ homo sine petro et iohanne quolibeto. 7:

ꝓclu: sco.

¶ Quidquid per se inest ꝓfectate secundi modi prioris: inest posteriori: sed conceptibilitas ⁊ intelligibilitas simul ꝑse naturaliter inest enti cōmuni secundi modi perfectate: ergo ꝑse inest omni quidi-

